

i. 1600. Ad loquens

de Wollem Vard 22

Copia

360

247

Rogavi uxorem nuper ut, cum distractissimo scribendi otium non esset, meis  
 verbis te saluaret, Affinis optime, et pauca quaedam indicaret, quae vix  
 argumentis Epistolae factura videbantur. Eo officio cum functa &  
 proculdubio fuerit, ne nunc quidem superest, cuius rei gratiam  
 magnopere te interpellem, unum hoc monere pergo, ut ex ijs  
 quae ad agriculturam Honselardici in mandatis habes, nihil  
 temere negligatur. utcumque enim Principi inculco, probe  
 curatum iri provinciam illam, ab assiduo et solerti viro, cui  
 inuncta est, nescio quod secus suspicari amat, ex eo quod  
 superiori aetate simile quid, non minus serio mandatum,  
 vel non omnino prestitum, vel sane tarde procuratum fuerit.  
 De ceteris, quae tibi quam verbosio commissa malueris, sero  
 tibi indicium facis. Fortasse si quid animi tui circa id  
 genus negotiorum temperive aperuisses, fuisset non ineptus  
 autor studijs tuis promovendis. quamvis ab Affine profecta  
 commendatio vix est ut suspicionem evadat privati commodi  
 vel amicorum. Nunc incassum ista disserimus. Tu vale,  
 Affinis Amp. et me ama. Spranga in Lauris XVI. (al. Nou.  
 C1515CXXXVI.